


LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY
OF ILLINOIS
Emblems
x875.1
K96c

Rare Book & Special
Collections Library

321 il 1049

405

Digitized by the Internet Archive
in 2009 with funding from
University of Illinois Urbana-Champaign

http://www.archive.org/details/cenotaphiumpiism00maic

Anno 1724.


INRI
CENOTAPHIUM
PIIS MANIBUS
FERDINANDI III
Rom. Imp. Vngariæ Bohemiæq; Regis,
Archiducis Austriæ &c: &c:
Cæsareis Virtutib. et Symbolis
adornatum
à
Cæsareo et Academico Collegio
Soc.tis IESV Viennæ
inter parentales mœrores
erectum, Die XIII Junij
Anno Dñi MDCLVII.
A Melchiore et Matthæo Küsell F. F.
et Chalcographijs æreis tabulis expressum
et uenum expositum Augustæ Vindel.

K96c


Aequitatis lance terram ponderauit FERDINANDVS;
Sed inuenta est minus habens.
Extendit pietatis manum,
Et orbem alterū apprehendit.
Hic certe
Vnitum Imperium cum Ioue Cæsar habet.
D'Welt hätt das recht Gwicht nit, Drümb Er sich ihr nit achtet,
Vnd Sie mit füessen trit, Nür nach dem himel trachtet.
J. G. Meichel P.


CRESCIT
CVM
NIHIL
AD
DIS.
Mors nihil hîc pingit, et pingit plurima,
Vnum in cœlis specta,
Et dices numerum à nihilo crescere.
Hæc Austriacorum felix est Arithmetica,
Per nihil adiectum numeros augere priores.
Für Nüllen macht der todt, Keiner sich darff dran keren:
Ains sezet darzüe Gott, dardürch sich d'Nüllen mehren.


QVA SITIS ORIGINE
Tendimus ad Superos:
Vt ostendatis, qua sitis origine nati,
Legite viam Aquilæ per aërem volantis;
Ignorare eam potuit Salomon, non Austriaci.
Nam
Per trina hanc artem didicerunt sæcula.
Was Salomon nit kündt, Des Adlers flüg erfahren:
Dem Ertzhauß ist vergündt, Schon vor dreyhündert iahren.
J. G. Maichell. P



Felix iter FERDINANDE,
Medio tutissimus ibis.
Dum MARIAM ab Originali labe immunem
publico Statuis Sacramento,
Efficis, ut tibi sit lactea ad astra via.
Die Österreicher mist, vom himel gwiß nit ihrren,
weil sie in ihrem schildt, die Milchstraß selbsten fiehren.

J. G. Maichell Poeta


SERVIAT HISTORIÆ
Habent quod ſcribant ſæcula, quod narret æternitas
Quæ Ferdinand9 egit dimidio ſæculo non exacto
Scribite
Pietatem et Juſtitiam,
Pacem et Bella
Omnia Imperatoris ornamenta.
Scribite:
Poſt annos hæc lectio lecta placebit.
Der Adler d' fedren gibt, den Kayſer zubeſchreiben,
Sein Rüehm vergeht nit mehr, wirdt ewiglich verbleiben.

5



Prouehimur cœlo: terræ diademata, vile
Abÿcimus pondus, Cæsareumq; jubar.
Prævalet una tribus diuina corona coronis:
Hîc uel acumen habet, uel diadema Crucem.
All Cronen diser welt, mit spitz vnd Creütz seindt ziehret;
Darümb mir keine gfelt, als die der himel ziehret.


VNO COMPLECTITVR OMNIA PVNCTO.
Orbem cœpit ducere,
Cùm vitam cœpit FERDINANDVS.
Nunc circulum Mors, claudit
Sed quantam gloriæ molem includit!
Credebam exiguum, puncto quod clauditur vno:
Erravi; immensum est, puncto quod clauditur isto.
Der Tod schliesst disen Ring, den Ferdinand angfangen.
Bhüet Gott! was grosse ding An einem pünctlein hangen.
I.G. Maichell f.


A PONDERE
CERTIOR
Quò grauior, leuior incedo.
Ipsa pondera â lapsu me seruant.
Aggessit Mars bella, Mors morbos;
Inter utraq; Cœli viator securus incessi.
Credite, qui premitur cœli peregrin9, ab ipso
Pondere fit leuior.
Je schwärer das gewicht, die tritt destgwiser werden;
In himel geht man nicht, Ohn grosß last vnd beschwerden.
J. G. Maichel Poeta.



Si ſilet hæc, ſilet illa; loquitur ſi loquitur iſta.
Siue molle, ſiue durum, ſiue graue, ſiue acutum melos.
Credite, qui dixit: FIAT TVA CHRISTE VOLVNTAS:
Echo FERNANDVS Numinis una fuit.
wie Gott ſchrÿ in den waldt, hinein was er nür ſchallet:
deſ Kayſers will alſbaldt, allſ deütlich widerhallet.


EXIGVO TOTVM
CAPIT ORBE.
Magnus Cæsar paruꝰ Deus est.
Hæc Ferdinandi ars fuit et ſapientia;
Immensū, trahere in compendium.
Traxit Justitiæ Solem Pietate et Justitiâ,
Effecitq; ut disceremus,
Regem bonum eſse Numinis compendium.
Der Kayſr ſchlagt allſ in d' ſchantz, Grecht ſein, war ſein verlangen,
hat doch den rechten glantz, mit diſem glaſ aufgfangen.


MAIOR POST FUNERA VIRTUS
Cum viueret, mortuus credebatȝ FERDINANDVS
Adeo irasci nesciebat.
Quem non timuistis: viuum Impy̆,
Timete mortuum.
Eò euolauit, unde eliditȝ fulmen.
So lang der Kayser glebt, vom Zorn er nie erhitzet;
Da er nun oben schwebt, wie ein Granat rabblitzet.
J. G. Maichell. P.


IRRITATA, TAMEN
RESPONDET
AMICE.
Hinc Martis insolentia, hinc morbus premit,
Hinc domesticorum funera, hinc Mortis telum,
Ad ferreas voces semper respondet amicè FERDINANDVS.
Audite monstra! tela qui torquet manu,
Impunè lædi Cæsar Austriacus potest.
Ob ſchon ſtarckh ſpannt der todt, Die Laut ſcharpff greifft vnd ſchlaget:
Lobt doch der Kayſer Gott, wie Job, alls übertraget.

in


Quod diuidit, non diuidit nubes:
ſuum tamen et Cœlo, et terræ tribuit.
Quando Ferdinandus cœlum terræ, terram cœlo.
Coniunxit in vnum; poteſt
Imperium credi diuiſum, sed tamen vnū eſt.
Die Wolckh vom firmament, am Adler nichts zertrennt,
Der himel vnd die erdten, auſ beiden eins mueſſz werdten.



Vita **FERDINANDI** lucta fuit usq; ad Auroram.
Jam quando oritur Porphyrogeñita bis purpurata,
Gloriosus excedit arenâ.
Sic præliantz Austrÿ.
Non prius è uitæ genitor discedit arenâ,
Quàm Subeat radÿs Aurora recentibus orbem.
wie Jacob, hat mit Gott, der kayser angefangen,
Ringt vnd geht ab mit todt, wie d' morgenröth aufgangen.



Sunt euoluti quatuor **FERDINANDI**.
Et tamen Tertius est ultimus.
Confusum numerorum ordinem credis? erras.
Præiuerunt illi, uenient per tempora plures;
At tamen
Augusta hæc series semper consistit in uno.
Versetzt ist zwar die Zahl, der Todt hats doch getroffen;
Der vierdt, baldt nach der wahl, Dem Dritten ist vorgloffen.

I.G.M.P.



Quod verberat hoc decorat.
Honestissima est purpura, quæ à vulneribus venit.
Errasti Fortuna, cum Ferdinandum verberasti:
Nam decus et pretium,
Cum bene perfertur, quilibet ictus habet.
So schwär der hamer sey, die Müntz darab nit zaget,
Man wirdt nür reich darbey; Gedüldt dz präg draüff schlaget,






Facilè trahitur populꝰ, quò Cæsar præit.
Nullum violentius imperium est exemplo Maiorum.
Pacis amans Cæsar post bella ad mella præiuit.
Verè
Felleus est animus, quem non hæc mella iuuabunt.
dem Kayser volget all, wies Imblin, wan es lasset;
Macht hönig, fliecht die gall, liebt frid, die waffen hasset.


QVOD PREMIT, HOC TOLLIT.
Luditur hinc Sursum, sed luditur inde deorsum,
Ex uno centro Surgitur, et caditur.
Hoc certum Austriacis omen, cum mors premit inde,
Inde nouum cœlis se diadema leuat.
Zugleich baldt auf baldt ab, mit dem Spil der todt trützet;
den leib wirfft er ins grab, die Seel in himel schützet.



VT RENOVER
Si flamma probat aurum, et vetus innouat,
Certè aurea FERDINANDI Statua,
nunquam veterascere potuit,
Quam semper flammis pietas melioribꝰ ussit.
Der mit Gottsforcht entzündt, Sich steths darinn aufghalten:
Sag, ob dz Goldt hab kündt, In disem fewr veralten?


NEGATA TENTAT ITER VIA
Hinc fulmina, atq; hinc fulmina: ad Superos tamen
Ales negatâ tentat iter viâ.
Ne gravia posthac tela Fortuna putes,
Quæ levis excussis Ales sic dissipat alis.
Dürch plitz vnd donnerschläg, wo sonst nit dürch zükhomen,
der Adler seinen weg, vnghindert hingenomen.
J.G. Maichell F.P.


ITQ; REDITQ; IDEM.
It Cœlo radius, Speculoq; refusus ab uno,
Alterj se infundit, et cœlo redditur.
In posteritatem transeunt Austriacj, sed semper ÿdem.
O felix Austria! quæ dum Patre defuncto
Alium putas regnare, nec alius est tamen
Wie d' Sonn, das Ertzhauss Osterreich, ist ihme selbsten allzeit gleich:
Einer dem andren d'schüech austritt, ist doch niemal kein andrer nit.



Vna credebatur Aquila, cùm unum speculū viderem9;
Vbi fractum in partes dissilijt,
plures numeramus.
Sic Austria est foecunda,
Ipsa suos semper numeros à vulnere censet.
Der Spiegel hat sein rest, dem Todt kündts niemandt wehren;
Doch thüen die trūmer s'best, des Adlersgschlecht Sie mehren.



Hæc prius in terris describit nomina dextra,
Quæ cœlo tandem inserat.
At necdum peregit opus; nec peraget unquam;
Nam quæ Æternitati elaboratur,
Nec quocunque potest absolui tempore mappa.
Die feder ihr arbeith, Noch nit beschliest auf Erden:
was ghört zur Ewigkeit, hie nit vollendt kan werden.



Quod sibi arrogauit Roma, suum fecit FERDINANDVS,
Agere et pati fortia.
Multa tulit bello, multa fecit pace.
Quod illius uersarunt turbines, huius quiete firmauit.
Vil glitten, vil gethon, Rom schrib ihm zue vor zeiten.
Diß Lob tragts F. darvon, Im friden vnd im streitten.

J.G.M.P.



Hic Regum finis est, semper surgere:
ſed durum, medium verberari.
Per multa vitæ verbera,
In tantum crescit ultimus mortis impetus,
Ictum ut per unum, Cæsarem in Cœlo locet.

Der Todt thüet endtlich einen ſtreich, den noch empfindt das gantze Reich:
Er trifft die Mitt, treibt den Ballon, das er fliegt biſſz inſ himmelſ thron.


DEO ET POPVLO.
Seruitum satis est bello; iam thura ministrat
Cœlitibus cassis.
Quàm pia iustaq; fuerint FERDINANDI bella,
Ex hoc collige.
Illâ adolet Superis galeâ, quâ protegit orbem.
Der Grechtigkeit zur steiwr, Mein Beckelhaub ietzt raüchet,
Geopffert durch das feiwr, Im feldt die ich sonst braüchet.



Cor FERDINANDI trochus erat.
Impulit hunc crebro diuina potentia flagro,
Sed trochus hic flagro vires accepit ab ipso.
Nam stare in solido didicit per verbera puncto.
Sein hertz ist wie ein topff, von gaiselstraich getriben:
henkht nie zu vil den kopff, starkhmüetig allzeit bliben.


FACIT MINI MAS ALTISSIMVS.
Vbicumq; sol est, semper meridies est.
Nos ortum facimus, nos occasum, nos umbras et noctes.
Quia orimur, et morimur,
Austriam oriri et mori putamus,
Erramus: medio Austriacus sol semper in axe est.
Arm, Reich, macht der Todt gleich, Vns geth die Sonn zu gnaden:
Aber in Osterreich, bleibts im̄r in höchsten graden.




ET POPVLVM ET REGEM
Periculosè etiam Reges Ludunt.
Quando mors æmula colludit,
Vincere huic certum est, illi vinci.
Sed tamen et vinci pulchrum est FERDINANDO,
cùm dat victricem victoria perdita palmam.
Hin ist das Spil, es heist Schach Matt, Der König ist gefangen;
Der gwints doch, ders verlohren hat, Der Todt darff gar nit prangen.


VERSARE POTES, SED NON EVERTERE
Cum Sors et Mors uersarent Ferdinandum,
Euertere nunquam potuerunt.
Miraris? cogita, quam Symbolo prætulit,
Fixam in animo habuisse crucem: et dices:
Regibus Austriacis in cruce tuta quies.
Glückh, Todt, alls halff darzüe, den garaüss Ihm zümachen;
im Streitt sucht Er sein rüeh, pflegt seiner feindt nur zlachen.




NVNQVAM SOLA
CADIT, QVÆ SVS,
TINET ORBEM.
Columna Mundi labitur.
Ergo iam Mundus corruet in tumulum.
Nam si Avgusta FERDINANDI merita tegi debent,
Quæ totum Mundum impleverunt,
Angustiore non queunt tumulo tegi.
Weil der welt Saül fallt ein, wird die welt fallen müssen:
die grosse Thaten sein, Kein engs grab kan einschliessen.
J.G. Maichell. F.


QVA MERGITVR EMICAT VNDA.
Videtur alter eſse, et eſt idem,
Qui micat ex cœlo, qui luditin vndis.
Quid potuerint Fortunæ nubes in FERDINANDVM,
Hinc argue:
Nec mare Cæsaream potuit submergere lucem.
Gleich wie der Sonnen ſtrall, Im waſſer nit vertrencket,
Alſo des kayſers fall, Sein Tugend nit verſencket.
J.G.Maichell. Poeta.




Multos Virtute bellicâ FERDINANDVS,
Plures amore sui captivavit.
AVSTRIACI amoris hoc arcanum est:
Et feros et ferreos animos jungere in catenam;
Nec vincere, nisi vinciat;
Et ubi vincit, libertatem dare.
Das kan vnd hat diß haüſß, wie hart vnd wild die gmüethe,
Machts doch ein ketten draüſß, dürch angeborne Güethe.

J.G. Maichell. P


TANTVM VMBRA MOVETVR
Sol obit, et fixum Solidâ Statione colossum,
Quacunq; pergit, aspicit.
Id quod moueri credebas in FERDINANDO,
VMBRA fuit, non ipse.
Sed illa ipsa Colossum
Vmbra Suâ, stabilem mobilitate probat.
Die Saül steht vest im landt, gegründt, auf starkhen thaten:
das wankhet Ferdinand, Macht, weil er auch ein schatten.


LEGENT TVA POMA NEPOTES
Si vlla, certè hæc POMA
Non procul à proprio stipite cadunt.
Hinc si MORS vnum excutiat, legunt Nepotes.
Sic perge semper AVSTRIA:
Post vetera, IMPERII collige POMA nova.
Der Apfel nit ein ſchritt weit, fallt von ſeinem ſtamen:
Drumb was der Todt hie ſchitt, klauben die Söhn zuſamen.


In FERDINANDO III.
Duos Israëlis Duces
Mosen et Iosven admirare.
Manum unam armis, vnam coelo dedit.
Quod bellis laceratum accepit,
Pietatis auspicÿs
Pace colligauit Imperium.
Sed quæ videri cæteroquin fugit;
Priuata non latuit Pietas.
Spirat etiamnum in colossis,
Perennat in aris et templis.
Hanc ut digne corones elogio
Inscribe monumentis:
FERDINANDVS III
FERDINANDI II.
Pÿssimi Patris Pÿssimus Filius
Posuit.
Gottsforchtig war der Herr:
drümb schreib zü allen sachen,
die gsetzt vnd bawet er,
Kayser der From thäts machen.


Ad iusta FERDINANDI Iusti,
Adeste Regnorum arbitri,
Aequitatis ministri.
Prima FERDINANDO lex regnandi fuit,
Ad iustitiam erudire multos.
Suam in cruce Stateram appendit,
Vt ius regnorum
Ad pietatis examen libraret.
Vt omnem iustitiam impleret,
Postquam omnibus ius suu' tribuisset,
Tribuit etiam morti.
Quem dum communi lege mortuum legis,
Viuere tamen Scias,
Iusti Cæsaris immortali nomine.
weil Brecht ihr Mayestätt,
In ihrem gantzen leben,
Sie sich nit waigren thät,
dem todt sein zins zugeben.


FERDINANDVS.III.
Inter arma Mars inter Musas Apollo,
Imperij caput,
Ponderari non numerari, volens,
Pondus â scientijs, ñ à coronis accepit,
Prodigium fuit tot uno ore linguas,
Tot uno capite Mineruas residere.
Nec clypeum nec oleam Palladi deesse doct9.
Hac bellum et pacem composuit.
Terrestris Sphæræ intelligentia
Cælesti inter doctos accessit.
Inter quos Phosphorum esse ne dubites,
In Aurora euanuit.
In Krieg, Künst und Verstand,
Müeß man ie frey bekennen,
Ist Kayser Ferdinand,
die Weißheit selbst Zunennen.


FERDINANDI III
Fortitudinis rudimenta uidit
Austria, Bohemia, Wirtenbergia,
Franconia, Norinberga, Vberlinga, Kel-
hemium,
Ratisbona, Moguntia, Nörlinga.
Hic quod actum uellet, facto exprimens
Vnum hoc dedit Imperium:
Quod me Videritis facere, facite,
Mors ipsa tantam animam
Vno prosternere ictu non ausa,
Per uarias morborum uices aggressa est.
Cum hac in Auroram usq; luctatus,
Animam non dimisit
Donec Sacerdos benediceret.
Wie sein soll die recht Stärck,
lehren deß Kaysers Thaten.
Ein Spiegel seine werck
Seind aller Potentaten.


Diu COR GERMANIAE doluit,
Quia diu Austria bellis afflicta fuit.
Sanauit vulnera FERDINANDVS,
Qui arma inuitis extorsit,
Vt Pacem amarent, qui oderant,
Verè pacificꝰ FERDINANDVS:
Cuius unicum semper negotium fuit,
Beatum otium Germaniæ procurare.
Hoc ubi stupente Europâ
Dedit Germaniæ.
Ipse tandem Septimo pacis anno
Sabbatum acturus
Requieuit in pace.
der vor dem Reich sein Rüehe
vnd Friden thât verschaffen:
Schliesst nün die aügen züe,
Im Friden ist entschlaffen.


FERDINANDVS Austri-Acus
Ferrum attraxisse videbatur:
Tantæ erat clementiæ.
Viuo illo nihil deerat reis
Nisi pereundi facultas.
Cum offenso Patrem miscuit,
Cum Judice Aduocatum.
Hoc unum inhumanum fecit, quod defecit.
Dulcissimus Imperator ex felle obÿt.
Mors ipsa testimonium est clementiæ.
Nunquam fuisset tam suauis,
Nisi tantùm bilis retinuisset.
weil er ſtarb an der gall,
gab er ein gwiſes Zeichen,
das er in diſem fall,
Dem daüblein nit wolt weichen.





7

J.G. Maichel F.


SeCVnDâ AprILIs, Manè,
Ante lucis ortum,
Solem FERDINANDVM extinctum,
Religio de terris optimè meritum,
cœlo consecrauit.
Prius tamen quàm emenso certamine
Ad palmas abiret,
Germaniæ Hydram pedibus subiecit
Austriacus Hercules.
Recisurus totam infami monstro ceruicem
Nisi parca uitæ filum præcidisset
Sed prope metam consistens Stadiodromus,
Augustam lampada alteri tradidit.
Ardebit in Filio paternus zelus.
Timeant Leopoldum qui Parentem n̄ amarunt
Nisi ipse effecerit, ut diu hostes tandem ament.
der Tugend-Eÿfer schön
diß haüses kan nit sterben,
lebt allZeit vnd bleibt stehn,
In Kaÿserlichen Erben.



FERDINANDVS III.
Martis tonitrua, inuidiæ fulmina,
Olympo altior immotꝰ sustinuit.
Inter pericula, minas et tela,
Ipsum etiam ferrum concoxit,
Animum tantum cùm ferre pedes non ualerent
Sellæ per morbos affixus
altior fuit,
Quàm ut dolores mentem attingerent.
Mortes suorum, nec querelâ dignatꝰ,
Hoc dicere satis habuit:
DEVS SCIT, QVOD FECIT.
Sed et hoc scit DEVS,
Quod tu fecisti FERDINANDE;
Scit, fecitq; ut tuæ etiam mortis sit dies,
Quam fecit Dominus.
Was Gott gethon, waist Gott:
Pflegt der from Kayser z'sagen,
mit dem kundt er all noth
Gedultig vbertragen.


FERDINANDVS III
Cum voluerentur omnia, immotus
Et ex solido spectauit:
Quia DEO fixus.
Nunquam fortuna turbida
Serenam frontem turbauit:
animum, nec tetigit.
Mars et Mors cum impellerent,
Doctum Spem suam ponere in DEO Suo
nec commouerunt.
Quia confidit in Domino
sicut mons Sion,
Nunc habitat in Hierusalem.
Weil er sein hoffnung gsetzt,
wie Sion auf den Herzen,
Thuet ihn ietzt vnuerletzt,
Jerusalem dort ehren..



J.G.Maichell P.

11


FERDINANDVS III
Omnia ad æquilibrium ponderare doctus,
Nec aduersâ fortunâ depressus,
Nec secundâ eleuatus,
De utraq; triumphauit.
Miscuit utramq; DEVS:
Dedit liberos, et eripuit,
Dedit Vrbes et abstulit:
Dedit Victorias et Clades:
Dedit Imperij successorem,
Quem iussit cœli Antecessorem.
Sed mirum!
Mens æquè demptis ac additis
Semper stetit in æquilibrio.
Der Kayser überall
Ihm selbsten gleich, nie zaget,
halt Maß in glück, vnfall,
mit gleichem müeth alls traget.

~~40.~~
30

325

dir DM